



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

15. Junii. Qui voluntate solùm obediunt, repugnante ratione, uno tantùm  
pede in Religione versantur. S. Ignat. apud Maff.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

\* [170] \*

Anchoram fige in Deo. Fige per fidem, fige  
per spem, fige per charitatem. Funiculus  
iste triplex nunquam rumpetur.

Illa sola beata est voluntas, quæ habet  
quidquid vult; quod in manu cordis in-  
stribus est, nemo potest eripere, alia omnia  
fortunæ subjecta sunt. Deum si arias, po-  
mo tibi thesaurum eripere potest.

Si quærenti regnum Dei, reliqua omnia  
adjicientur, quid deesse poterit Deum  
quærenti? cum hoc, nihil habendo, satia  
poteris, sine hoc, omnia habendo, adha-  
egebis.

### 15. Junii.

*Qui voluntate solum obediunt, repugnare  
ratione, non tantum pede in Religionem  
versantur. S. Ignat. apud Maff.*

Periculosa statio, unitantum ibi pe-  
nitentia insistere, unde facilis ad ruinam in-  
pulsus. In edito stas, toto mundo superiori  
unus flatus sufficit, ut desertâ statione  
felix stylita concidas.

Ubi domestica vigent dissidia, diu no-  
stabit res publica; ita dum voluntas dis-  
dit à judicio, nec constantia expectari p-  
rest operis, nec successus. Ratio, & volun-

sorores sunt , mutui auxilii ita indigæ, ut neutra sine altera ad virtutem eluctari possit.

Dum ratio, & voluntas mutuum bellum sovent , una subruit alteram à profectu, dum conatur una, revocat altera ; ita fit, ut nec una , nec altera obedientiæ præmium obtineat.

Quod Deo in nobis placere potest , iudicij est promptitudo , sine qua mortua est obedientia, & licet moveri ad imperata videatur, cadaver est, animâ caret, à qua vitam, & vigorem capere debuisset,

## 16. Junii.

*Cum intimo , maximoque dolore videte , in quanta ubiqꝫ gentium ignoratione Deus versetur. S. Ignat. apud Bart. l. 4.*

**H**eu quanta in Dei agnitione caligo ! noctuæ vivimus, æternæ lucis ignorantia ! tenebras nobis non tam mysterii sublimitas, quam negligentia nostræ veternum affundit.

Quot non anni rerum creatarum cognitioni tribuuntur , atteruntur vires , ætas impenditur , ut sciamus nocitura, & in discenda Sanctorum scientia, in conse-

H 2 quen-